

Cophar villa.  
Calem erus.  
Zacharias propheta,  
quomodo  
inuentus.

Filius Ioa  
Regis sepul-  
tus ad pe-  
des Zacha-  
riae.

Zacharia  
propheta  
forma.

**E**Xordiar autem à propheta Zacharia. Cophar villa est in territorio Eleuthero-  
polis Palaestinae. Huic praefectus erat, agri ipsius conferuus, Calemerus quidam,  
domino quidem suo fidelis, sed morosus interim ac difficilis, & in contermi-  
nos agricolas iniquus. Quamuis autem talis esset, propheta tamen ei vigilantia  
clara luce apparens se ipsum reuelauit. & hortu quodam demonstrato, Age quaeso, in-  
quit, hic fodito, ab hac sepi in hortum mensura ducta ad cubitos duos, iuxta viam, que  
ducit ad ciuitatem Bethrerebin: reperies enim arcam duplicatam, ligneam interio-  
rem, in exteriori plumbea, & propter hanc arcam vitreum item vas aquis plenum, &  
duos etiam serpentes amplitudine mediocres, mites & innoxios, adeo vt mansueti  
videri possint. Calemerus igitur ad locum indicatum ex prophetae mandato profectus,  
operi grauitate incumbit, & cum secundum praedicta signa iam in apertum producta &  
reclusa esset arca sacra, apparuit diuinus propheta candidam stolam indutus, vt potè  
qui (vt opinor) etiam sacerdos fuerit: sub pedibus autem eius extra arcam iacebat puer  
regali apparatu sepultus: habebat enim in capite coronam auream, & aurea in pedi-  
bus calciameta, & vestem pretiosam. Disquirèntibus igitur tum sapientibus ac sacer-  
dotibus de isto puero, quis nam & vnde esset, & cur sic ornatus esset? fertur, Zachariam,  
qui tum in Geraris conuentui monastico praerat, in vetustum quoddam, sed non ca-  
nonicum, Iudaeorum scriptum fortè incidisse, quo tradebatur, quod Ioas rex Iudae, non  
multò postquam prophetam Zachariam interfecisset, in domum suam ingentem ca-  
lamitatem acceperit. Quandoquidem septimo post interfectum prophetam die, filius  
admodum ipsi charus repente interiit. Colligens igitur, se propter iram diuinam in  
huiusmodi calamitatem incidisse, sub illius pedibus puerum sepeliuit: quasi hac ra-  
tione sese purgaret illis, quae aduersus prophetam deliquerat. Atque haec quidem ego  
sic accepi. Propheta verò, tametsi seculis iam plurimis sub terra iacuisset, viuus tamen  
adhuc apparebat: capite raso, naso oblongo, barba modicè prominenti, capite bre-  
uiusculo: oculos habens aliquantulum profundos, ac supercilijs contactos.

Huc vsque Sozomenus: desiderantur caetera, qua de inuentione Stephani protomartyris se dicturum fore pollicitus fuerat. Et  
quidem non ista tantum operi desunt: sed plurimorum annorum res gestae: siquidem in praefatione ipsa testatur suam se perduxisse  
historiam vsque ad consulatum 13. Theodosij Imp. qui cum anno Chr. st. 439. concurrat.

## FINIS NONI LIBRI.

EVAGRII SCHOLASTICI, EPIPHANA-  
NENSIS, ET EX PRAEFECTIS ORIVNDI, HISTORIAE  
ECCLESIASTICAE, LIBRI SEX.

Theodo-  
sius 2. &  
Valenti-  
nianus 3.  
Anno  
Christi  
426.

Euagrius ex Graecis primus eorum qui leguntur Orthodoxus historicus, suam quam Graecè scripsit historiam, anno Mauritij non  
duodecimo vt lib. ult. cap. ult. legitur mendose, sed decimo inchoante absoluit. Zachariam Rhetorem, cuius auctoritate magnam  
partem scriptorum suorum confirmat, Eutychianum haeticum fuisse, plurimaque rerum bene à Catholicis gestarum silentio sup-  
primere, atque ea quae Eutychiano errori fauent ad verbum recensere constat. Meminerit igitur Lector Catholicus, vt caute legat  
ea, quae ab eodem Zacharia Rhetore, in causa praesertim Eutychianorum scripta, apud Euagrium citantur. Idem ipsa Euagrius,  
subodoratus fuisse videtur, vt patet ex lib. 3. cap. 9. inf. Ea qua Baronius in historia Euagrii adnotauit, vel in margine apposuimus,  
vel ad finem capituli cuiusque subiecimus: quae vero in eadem Iacobus Billius obseruauit, annotationibus Curterij & Suffridi, suis  
quaque locis ac capitibus adiecimus.

Primus hic liber continet acta sub Theodosio secundo Arcadij filio, & Valentiniano tertio, annis 27. Huc igitur refer auctores  
istos, quos supra adnotauimus ad librum Socratis 7.

Authoris prooemium, quomodo ad scribendum praesentem historiam accesserit, & quòd post  
impj Iuliani interitum, cum haereses paulisper conquieuisent, postea diaboli ma-  
lignitas denuo fidem exagitauit. CAPVT I.

Euseb. Pam-  
philus, Sozo-  
menus, Theo-  
dor. ti Socra-  
tis, cū Eua-  
grio cōnexio.



**E**VSEBIUS cognomento Pamphilus, vir sanè cum in alijs rebus scri-  
tissimus, tum in scribendo tantum pollens, vt possit Lectores suorum  
librorum, etsi non efficere perfectè Christianos, ita tamen persuaden-  
do impellere, vt Christianam religionem lubentes colant: Eusebius,  
inquam, Sozomenus, Theodoritus & Socrates, de clementissimi  
nostri Seruatoris in mundum aduentu, de eius in caelos ascensione,  
de rebus gestis Apostolorum, de certaminibus à sanctis martyribus confectis, &  
si quid aliud factum sit, dignum commemoratione, vel secus ad aliquam par-  
tem regni Theodosij literis accuratissimè prodiderunt. Et quoniam ea, quae de-  
inceps gesta sunt, illis videntur non multò inferiora, atque haecenus nulla ordine  
commemorata sunt: quamuis ipse in eiusmodi rebus tractandis indifertus videar, ta-  
men arbitror laborem in illis memoriae prodendis à me poni, hocque opus suscipi,  
inque

THEODO-  
A inq-  
bit,  
ad e-  
reue-  
non-  
re, c-  
etia-  
rei-  
faca-  
Cun-  
ame-  
stria-  
exag-  
cleri-  
cus i-  
nata-  
mon-  
rum  
nitus  
prae-  
obfid-  
busda-  
duer-  
antea  
plecti-  
vtrum  
ro sua  
tenda  
sum à  
re cor-  
B rum v-  
que p-  
gnum  
ment

Quo-  
Theodo-  
sius 2. ca-  
32.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.  
que ve-  
Deipa-  
cit, &  
tionib-  
repleu-  
teque  
Christi  
mia ex-  
fius qu-  
bat Ne-  
rius cu-  
tate de-  
ptum e-  
stantin-  
Nam M-  
verba e-  
lam ne-  
dux, ne-  
verum